UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

hæredum ſuorum poſſit uel poſſint quandocunque rem redimere uel recuperare, quia eo caſu perſcriptio non habebit locum, ſed poterit ſemper uenditor rem uenditam conſequi & habere. Ita Ang. in l. i. ff. de uſucap. & Boe. q. 182. nu. 3. uerſi. tamen idem Fabi. & nu. 2. ꝙ propter not. quia per pactum poteſt impediri perſcriptio pro ut tenét doct. relati per Boe. in d. q. 182 nu. 8. & 9. ſed Guido pap. tenet contra q. 409. in princ. quod uide.

1 Limita. prædicta quando in d. inſtrumento dictum fuiſſet, ꝙ uenditor ſolus & non alius poſſet conſequi rem uenditam de manu emptoris, tamen quia hæredes uenditoris non poſſent intentare actionem contra alium rem poſſidentem, & hoc propter dictionem taxatiuam tantum & propter dictionem ſolus, & non alius.

REGVLA CLXVIII.

1 Quælibet cauſa ſiue iuxta, ſiue iniuſta excuſat delinquentem a pœna ordinaria. tex. eſt in l. palagii. ff. ad l. flau. de plag. & l. cum igitur. C. de lib. cauſa. & doct. in l. i. §. fi. ff. ſi quis in ius uoc. non obt. mod. in l. patre uel marito. ff. de quæſtion. Iaſ. in l. ſi quis maior. col. i. & l. qui iuraſſe. ff. de iureiur. & l. ſi adulterium cum inceſtu. §. ſtuprum. ff. de adult. Grammat deci. 5. nu. 26. uſque 34. Alex. conſi. 103. col. penult. uerſi. & dato nu. 12. uol. 1. Aret. conſi. 80. col. 2.

1 Fallit regula in delictis a natura improbatis & reprobatis, & ita dominum ſi delinquens conſtare & docere uelit cauſam ob quam motus fuerit ad exceſſum committendum. ſecundum Bar. in l. dolum. C. de dolo. & Alex. in d. conſi. 103. col. penul. nu. 12. uol. 1. ut ex affectione antiquæ amicitiæ, affectionis, uel ex iure ſanguinis aut ex aliis cauſis annotatis, in tractatu meo ad defenſam in cauſis capitalibus, uel deſcriptis per Lucam de pen. in l. ij. C. de deſertorib. l 12. quas omnino uide, & ſtude ſi uis ſcire.
2 Fallit etiam quando mulier relicta uſufructuaria bonorum mariti non fecit inuentarium ex quo remiſit con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fectionē inuentarii, & ideo ſi non fecit non uidetur eſſe in dolo, quia iſta diſpoſitio teſtatoris excuſat a dolo. & quælibet cauſa, etiam iniuſta excuſat a pœna. ſecundum Bar. glo. & Bal. in l. i. C. ubi de cauſa ſtat. Dec. conſi. 418. mai.

REGVLA CLXIX.

1 Qui non habet in bonis luat in corpore l. fi. ff. de in ius uoc. l. i. §. fi. ff. de pœnis. & l. fin. C. de ſep. uiola. & l. ſi quis id quod. §. in ſeruos. ff. de iuriſd. omn. iudic. & l. quicunque. §. quod ſi. C. de ſeru. fugit. & hæc regula eſt uera ubi quis conuenitur action. maleficii. & non ex debito ciuili. Ita Bal. & Caſt. in d. l. fi. ff. de in ius uoc. Roma. ſing. 24. glo. in l. illicitas §. fin. de offi. præſid.

1 Amplia. iſtam regulam etiam ſi reus uellet cedere bonis. Alber. in rubrica. C. qui bon. ced. poſſ. circa fin. & in nu. 196. Item quæro an in pœnis in ij. parte ſtatutorum, ubi tenet ꝙ in pœnis obuenientibus ex maleficio qui non habet in bonis luat in corpore & ceſſio bonorum ſibi non opitulatur. ſecundum Io. Andr. in c. peccatum de reg. iur. in 6. & glo. c. non ſatis. 36. diſtin. in uerſi. & propter debitum quod nota.

1 Fallit 1. hæc regula & dic locum habere in pœnis deſcendentibus ex delicto, uel quaſi, & non ex debito, uel ex contractu. Ita Bal. & Caſt. in d. l. fin. ff. de in ius uoc. & in l. fi. §. ſi præfatam, col. 2. C. de iure deliber. nu. 3. uerſi. alii dicunt & uidetur ſatis rationabile, ꝙ not.

2 Fallit 2. ſi is cui mulcta, ſeu emenda eſt applicata uoluerit eum expectare uſque quo fuerit effectus ſoluendo, & interim debet remanere in carceribus. ſecundum Bal. in l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus. ff. de minor. ratio quoniam inuita parte aliud pro alio ſolui non poteſt, & ita tenet Franciſcus purpur. in l. imperium nu. 334. ff. de iur. omn. iudi. & l. quicunque. C. de ſer. fugit.

3 Fallit 3. hæc locum habere in uilibus & abiectis perſonis, quia in aliis perſonis, omnis minima pœna corporalis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN